



**Historia De Vita, Moribvs, Rebus Gestis, Stvdiis Ac  
Denique morte Praedicantium Lutheranorum, Doct.  
Martini Lvtheri, Philippi Melanchthonis, Matthiae Flacii  
Illyrici, Georgii Maioris, et Andreae ...**

Complectens ortum, progressum [et] incrementa, tum arcana plurima  
hactenus non prodita, omnium penè huius temporis haeresum

... Vita ... Philippi Melanchthonis. Matthiae Flacii Illyrici. Georgii Maioris, Et  
Andreae Osiandri

**Ulenberg, Kaspar**

**Coloniae Agrippinae, 1622**

IV. Iudicium & querelæ Lutheranorum & Catholicorum de Visitatione hac.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65643](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65643)

ANNO  
1525.

sunt omnia perturbata partim inscitia docētium, partim improbitate. Horum igitur intemperiem & ferociam vt cohiberet, ita scripsit Visitationem hanc, vt non solum omitteret ea, de quibus tum maximè disceptabatur, sed & ritus quosdam Catholicos retineret, vt diximus, & disciplinæ frenum iniiceret turbatoribus istis, eorumq; licentiam in vita, in moribus cohiberet.

IV. Vnde, postquam typis diuulgata fuit hæc Visitatio, noui clamores in Melanchthonem exorti fuerunt, quasi restitutionem moliretur Pontificiæ tyrannidis, & Euangelij puritatem nouis humanarum constitutionum sordibus inquinaret. Ita nimirum inculcari pœnitentiam, timorem Dei, legis obseruantiam, & studium bonorum operum, vt quæ pridem Melanchthon ipse cū Luthero de iustificatione, de fide, de libero arbitrio, de libertate Christiana docuerat, ea nūc prorsus euertere videatur. Hac ratione ianuā aperiri, per quam Papatus denuò non difficulter irreat.

Lutheri de eâ sentētia. Præuidit Lutherus, vt erat ingenio sagaci, oritura hæc obloquia, cum scriptam à Melanchthone Visitationem recenseret. Ideoq; in litteris ad Electorem Principem se cum Pomerano dicit legisse Visitationis acta, & paucis quibusdam mutatis probare cætera. Quod si forsā, inquit, aduersarij glorientur nos regredi, vel rursus adrepere, id non est magnopere curandum: rumor iste paulatim conticescet. Quanquam non tam facilè con-

quie-



quieuit rumor iste, qui ex hac VVittenber- ANNO  
 genium mutabilitate fuit exortus: Imprimis 1527.  
 verò in ipsum Melanchthonem, quem libri *In epist. ad*  
 illius autorem esse constabat, odium obtre- *Cam. p. 113.*  
 ctantium & virulentia defæuiebat: Hunc bis Melanch-  
 Papistam faciebant Zelotæ quidam; per hunc thon bis  
 prodi vociferabantur libertatem euangeli- *Papista.*  
 cam, & quod Lutherus abstulerat seruitutis  
 iugum, denuò ceruicibus fidelium imponi.  
 Iam & Catholici, cum legerent Visitationem  
 hanc, Melanchthonem resipiscere iudicabant,  
 & palinodiam meditari. Quæ causa fuit, vt *A Fabro ad*  
 Ioannes Faber, datis è Bohemiâ litteris, Me- *sanã mentẽ*  
 lanchthonem hortaretur, vt, deserta factio- *reuocatur.*  
 ne hac pergeret, quã via cœpisset, ad sanam  
 mentem, & caput in sinum Ecclesiæ reclina-  
 ret: Quod si faceret, honestam illi conditionẽ  
 apud Ferdinandũ Regem pollicetur. Verũm *Melanch-*  
 ille substitit, nec se passus est à Luthero di- *thon perti-*  
 uelli: Vt hoc scripto nihil aliud spectasse vi- *nax.*  
 deatur, quam vt à Lutheri dogmatibus illam  
 demeret verborũ asperitatẽ, quã multos no-  
 uerat, ne se ad hanc causam adiungerent, im-  
 pediri. Hanc ipse mentẽ, fuisse, testatur lit-  
 teræ, quas id tẽporis ad Camerariũ scripsit; in *In ep. ad*  
 quibus inter cætera, Faber, inquit, interpre- *Cam. p. 105*  
 tatur me labescere, quia in libello inspectio-  
 nis Ecclesiarum fuerim *twieixteq*, in quo  
 tu vides nihil aliud me scripsisse, quam quod  
 passim tradidit Lutherus. Et tamẽ, quia sine  
 asperitate verborũ scripsi, iudicant, isti, sci-  
 licet homines acuti, me dissentire à Luthero.

Igitur



ANNO 1527.&28 Igitur sectam mollium Lutheranorum, cuius fundamenta pridem iecerat in litteris ad Landgrauium scriptis, quemadmodum paulò suprà diximus, hoc scripto confirmauit.

*Ibid. pag. 81 & 88.*  
Schola Wittenb. Ienā transfertur ob pestem.

Dum in visitatione Melanchthon occupatur, V Vittenbergē scintillare cœpit pestilentie lues: quam ob causam schola V Vittenbergensis Ienam translata fuit; quæ Thuringiæ ciuitas est ad Salam fluuium amœnissimo loco sita: In qua postmodum Vniuersitas erecta fuit. Isthic Melanchthon hæsit vnà cum alijs ex Augusto vsque ad Martium anni sequentis 1528. quo tempore, cum sopitum esse malum intelligerent, vnà cum auditoribus in Saxoniam reuerterunt.

Anno 1528

### CAPVT V.

- I. *Litteræ Oecolampadij ad Melanchthonem Spire in Comitibus commorantem, cum responso eiusdem.*
- II. *Pugna acris inter Lutheran. & Zuinglian.*
- III. *Decretum Spirense contra Protestantes fœdus cum Heluetijs inire cogitantes.*
- IV. *Colloqu. Marpurgense inter Lutheran. & Zuinglian. sine fructu.*
- V. *Melanchthon contra Sacramentarios dicta SS. Patrum publicat.*

I. **D**E certamine Eucharistico inter Lutherum & Zvinglium recrudescente diximus supra. Melanchthon autem, quamuis adhærescebat Luthero, tamen noluit illi coniungere se, vel ferre suppetias contra Zvinglianus.

Zvinglianus.